

figurā organi externā repræsentāt, tum diuisione sublatā formā, totius partes eiusdem nominis cum toto haudquam futuræ sunt. Sic venæ nomen officium eius, quod intercedente organi figura absoluit, exprimit. Ergo si ea sectione, quæ in longum fit, turbatur figura, partes nomen venæ amittunt: sin ieruetur, retinent: nimirum in trāsuersum instituta diuisione. Ita scapula non ex scapulis, sed ex ossibus componitur. Sin nomina essentialē partium compositionem designent, tum partes totius, eiusdem erunt cum toto nominis, & os in offa, caro in carnes, neruus in neruos consumetur, quoniam os non figuram ossis, sed magis compositionem ex idoneis partibus indigetat.

Non nihil hīc fuimus prolixiores: sed fundamentum substernendum fuit, ad alterius dubij solutionem, quod contra remediorum actu dissimilariū *natura*-
onē, à nobis ex Galeni mente consti-
Partes dis- tutam, hoc ferè pacto agitare quis pos-
similarium, set. Quanquam præter Galeni auctori-
insint' ne to- tatem, *aut' via* quoq;, artificialis *ἐργασίας*
ti potentia, ministerio arguat, diuersarum partium
an actu. con-